



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

In Eadem Circumcisione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

obtemperabit. Etiam pessimis mendicis in quibus ægre cogitamus Christum, difficilius largimur eleemosynam. Levit. 19. *Quicumque fuerit macularus leprâ habebit os veste coniectum.* Quia loqui eum ad correctionem non decet, quia ipse illâ eget. Gen. 4. Maledixit terræ, sed non aquæ, quia si aqua habuisset maculam, non fuisset apta ad eluendas in Baptismo maculas, ut ait Alcuin. Non mittit cum hamo, qui lacerat, Apostolos ad piscandum Christus, sed cum reti vivos conservat pisces. Non vis ut bestia tractari si erraveris, nec fratrem tuum sic tracta. Fugiant Medicum qui nescit curare nisi per visiones & ferrum, execrabilis verò est, si propter læsum digitum, totum amputet brachium. Vide quomodo Christus receperit peccatores, Magdalenam, latronem, Samaritanam, Prodigum, &c. 4. Reg. 4. Cum vadit Giezi cum baculo non excitat à mortuis puerum, sed cum Elifæus se ad ejus parvitatem contrahit, tum exurgit puer. Caveamus verò omnes qui Christiani dicimur, ne illud cadat in nos. Basil. Salevci orat. 19. *Quid gestas cognomen, quod personæ probro sit? factis appellationem impugnas, & calumniâ nomen tuum afficis?* Ne id eveniat sequere doctrinam Ambrosii. serm. 47. *Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur operis.* Oremus cum Procopio, qui in illud Isai. 64. *Ab initio nomen tuum super nos.* Ita scribit. *Nostri igitur miserere, quos nomen tuum exornat, hæreditas enim tua nuncupamur, id ergo nomini tuo largire, ut apud Gentes non blasphemetur.*

### In Eadem Circumcisione.

**C**ongruè hoc festum die 11. Jan. celebratur. Januarius dicitur à janua, quia est janua anni, ungitur hæc Janua sanguine ne Angelus interfectos noceat, ut Exod. 12. Alii volunt dici Januarium à DEO Jano, hic erat Noë, pingebatur cum facie

facie ante & retrò, quia videt mundum ante & post diluuium, Janus inde dictus, quia plantavit vineam primus post diluuium, quòd Chaldaicè dicitur Jain, hinc quasi Jainus, & corrupta voce Janus. Et hoc Christo congruit, habet quasi duas frontes, quia est *a* & *w* duas naturas habet, vidit mundum ante & post peccatum. Ramum oliuæ attulit ad Noë columba, ipse vineam plantavit. Processerat homo ut ille qui de Ierusalem in Jericho, oportebat illi infundere vinum & oleum. Paravit ex his DEUS Pater medicinam pro nobis in Christo tanquam pixide Apothecaria, & illi datur in scriptis *JESUS* & ne putemus pixidem vacuum, hodie ex illa per circumcisionem guttæ aliquot effunduntur. Christus Eccl. 43. *Vas admirabile, opus Excelsi* Continet vinum, *Ego sum vitis*. Continet *Oleum offusum nomen tuum*. Propterea cum Christus natus vineæ Engaddi floruerunt, & fons olei Romæ erupit.

### In Eadem Circumcisione.

**C**opiosam nobis redemptionem promittebat Pf. *Apud Dominum copiosa redemptio*. Eam fonti patenti comparabat Zachar. 13. *Erit fons patens Domui David & habitantibus Ierusalem, in ablucionem peccatoris*. Eandem instar maris extendit Micheas 7. *Revertete & miserabitur nostris, deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra*. Sed hodie videmus impleri quod Isai 43. *Iste asperget gentes multas*. Aperitur cultro thesaurus, & modicus sanguis fluit, circumcidiur Infans. *Asperges gentes itaque dabit guttas sed quomodo guttæ, fons aut mare?* Sed hæc gutta sufficit orbi toto, sed neque hic redemptionem absolvit. Effundet totum in cruce ubi nostra redemptio consummabitur; per crucem enim nos redimere constituit. Interim modò rigat his guttis. Habuit plantas nobilis 99. multæ ex illis aruerunt, quia rigare no-